



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Vasa ecclesie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

ego immittā in uos spiritū et uiuetis, & dabo su-
per uos neruos, & succrescere faciam super uos
carnes, & super extendam in uobis cutem, &
dabo uobis spiritum & uiuetis, &c.

Vasa ecclesiæ.

IN magna domo, inquit Paulus, 2. Timoth. 2.
non solum sunt uasa aurea & argentea, sed
& lignea & fictilia, et quedam quidem in ho-
norem, quedam autem in contumeliam. Nostrum
igitur erit operam dare, ut simus in ecclesia uas
aureum & argenteum: uasa aurea sunt pij qui Vasa au-
sunt aurei per sapientiam, & argentei per do- rea.
ctrinam sicut Paulus de quo in actis cap. 9. Vas
electionis mihi est iste. Et Eccle. 51. Quasi uas au-
ri solidum, ornatum omni lapide precioso, &c.
2. Timoth. 2. In ecclesia tria sunt, inquit Hiero.
super locum 1. Corinth: 3. genera bonorum. Est
bonum, melius, optimum. Tria sunt e contrario
genera malorum: malum, Peius, pessimum. Prima
auro, argento, uel lapide precioso. Secunda li-
gnis, foeno & stipula comparantur, &c. Vasa
lignea autem & fictilia sunt impij incendijs apti Lignea ua-
& fictiles, fractionibus propinqui, 2. Corint. 4. sa.

1. Thessal. 4. Vult ergo Epilogizare Agonista,
H 5 sicut

sicut fictilia uasa profunt in domo, ita heretici
profunt bonis, 1. Cor. 11. Psa. 67. Apertius: Ma-
lum non est, lupos, leones, ursos esse: sic & expe-
dit ecclesiam ab hereticis sollicitari, oportet ut
fiat scandala, sed Vae per que. Breuiter: Vas au-
reum est, inquit Basilius (claruit anno 380.) ho-
mo, qui mente moribusq; simplex ac sine dolo est.
Argenteum item, qui illo paulo est inferior di-
gnitatis ac pretij estimatione. Testaceum est ac
figulinum qui terrestria sapit. Ligneum qui igni
eterno materiam prebet. Ire uas est, qui omnem
in se diaboli operationem suscipit, &c.

S. ROMANÆ ECCLE-
SIAE, ET HVIVS EPI-
scopi quanta Authoritas.

Authoritatis S. Romanæ ecclesie meminit
D. Hie. (uixit anno 422.) ad Theophy-
lum Episcopum Alexandrinum. Sed tamē
Scito, inquit, nobis nihil esse antiquius, quam Chri-
sti iura seruare, nec patrum transire terminos,
semperq; meminisse Romanam fidem, Apostolico
ore laudatam, cuius se esse participem Alexan-
drina ecclesia gloriatur.

Eccles